

## LVII.

*Apostro-  
phe.*

Huic Apostrophē iungimus. v. g. *Vos enim iam, Lutheranorum templa & aræ, vos, inquam, compello, vosque christianorum schole & academiæ; annon prima initia vestra, annon incrementa felicia, ad vnum hunc auctorem refertis.*

## LVIII.

*Pæanis-  
mus.*

Magis specialis est Pæanismus. v. g. *Viuat glorioſiſſimūs principum, & de obitu ipſo triumphet.*

## LVIII.

*Execratio*

Contraria isti Execratio. v. g. *Male fit hominum ingratorum perfidiæ, quæ talis tantique principis mortem accelerauit.*

## LX.

*Obtestati-  
o.*

Huius etiam loci est Obtestatio. v. g. *Quæ nos per deum immortalem furiæ agitarent, & ad offendendum tam amantem suorum principem concitarunt.*

## LXI.

*Admira-  
tie.*

Item Admiratio. v. g. *O clementiam admirabilem atque omni laude, prædicatione, litteris, monumentisque decorandam.*

## LXII.

*Votum.*

Loco vltimo Votum a Voffio ponitur. v. g. *O si precibus nostris aternus ille ac misericors deus hoc vnum dedisset, ut nostrum im-*